



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

36. Statuentes co[n]tra ecclesiasticam libertatem, scriptores, potestates,  
& aliae personae, nisi statuta de libris fecerint amoveri, sunt ipso jure  
excommunicati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

eiusvis secularis, vel regularis beneficii, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum iurisdictiones, bona, census, ac jura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum, & pauperum necessitates converti debent, per se, vel per alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumperint, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur, anathemati poena tamdiu subjacent, quamdiu iurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverint, vel, qui ad eos quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ pervenerint, ecclesie, ejusque administratori, sive beneficiario integre restituerint, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerint. Conc. Trid. cap. 11, de reform: sess. 22. cap. prædix, & cap. qui abstulerit 12. q. 2, & cap. attendum est. 17, q. 4.

36 Statuentes autem ¶ contra Ecclesiasticam libertatem, scriptores statutorum ipsorum, Potestates, Consules Rectores, & Consilarii locorum, ubi statuta hujusmodi, & consuetudines editæ fuerint, vel servatæ & qui statuta edita, & consuetudines introductas contra ecclesie libertatem de libris in quibus descripta reperiuntur, non fecerint amoveri, & qui secundum ea præsumperint judicare, vel in publicam formam scribere judicata, sunt excommunicandi, ut in cap. noverit, de sentent. excommuni. & excommunicationem incurrunt ipso jure. Abb. ibi num. 2.

37 Contra libertatem ecclesiasticam ¶

sunt statuta, quæ veniunt contra privilegia concessa ecclesie universali, vel à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, si tamen hominis privilegio opus, habet Ecclesia; quod & ad singulares ecclesias extenditur, tamquam ex corpore ad membra. Innocent. in dict. cap. novit, num. 2. vers. huius igitur, & ibi Abb. num. 2, Bart. Socin. in conf. 55 in viso decreto, colum. 1. in fin. & Alexand. in conf. 209, num. 3, & 5, lib. 2.

Statuentes enim, ¶ aut quomodolibet prohibentes, ne sui subditi Prælati, seu clericis, aut personis ecclesiasticis, quidquam vendant, aut emanent aliquid ab eisdem, neque ipsis bladium molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibeant, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt, capit. fin. de immunit. Eccles. in 6.

39 Statuta etiam laicorum, ¶ quæ directe, vel indirecte prohibeant alienationem immobilium in ecclesias, vel monasteria, eo quia sunt contra privilegia de jure communi competentia ecclesiis, & ecclesiasticis personis, sunt nulla, dict. cap. fin. Bart. in l. filiusfam. §. divi. num. 12, & ibi Alexand. num. 11. & 12, & Jas. in 1. l. et. dict. §. num. 72. juncto num. 82, ff. de leg. 1. ubi inquit, quod cum Bart. transeunt indifferenter omnes, ubi etiam attestatur de communi, à qua in consulendo, & judicando durum dicit esse recedere, & licet postea ibi Jas. conetur sustinere contra communem, rationibus per ipsum adductis, communis opinio est principaliter fundata de jure canonico, & laici earent jurisdictione statuendi contra sacros canones, quia eorum statuta non ligant sine Pontificis approbatione, auth. cassa. C. de sacrosanct. Eccles. Bart. in l. fin. num. 4. C. de exact. trib. Abb. conf. 26, num. 2, vol. 1, cum